



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Convvlvio Calvmniarvm Vlrichi Veleni Minhonensis,  
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse cauillatur**

**Fisher, John**

**Antwerpiae, 1522**

Responsio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35690**

ductionē, cui in hac parte ERASMVS nihil derogat,  
hic sequi malo. Quid restat igitur dicere, q̄d Petrus ad nos  
nū vsc̄ Claudiū annū Romam non venisse? Qui enim ille  
iac venire tunc potuerit, cum cæteri oīs cum Iudei, tum  
Christiani inde pellerentur, & in tantum stomachare fuisse  
magis? Qui si posthac Romam aliquādo venerit, ac viginti  
quinq̄ illic delituerit annis, Vespasiano eius imputaretur  
martyrium, quod de tam benignissimo erga omnes princi  
pe credere nefas est, & nemo est omnium, qui hoc affir  
mare audeat.

### TERTIAE CALMVNIAE SVMMA.

**C**laudiū temporib⁹, circiter annū imperij eius nonū,  
eiecti sunt ab urbe Iudei, simul & Christiani, qđ ex  
Tranquilli pariter & Orosij constat historijs, vna cū  
Apostolor⁹ actis. Testantur enim acta, Priscillam, & Aquilam, qui non Iudei modo, verum etiam Christiani fuerūt, Roma per Claudium expulsos fuisse, quibus & se comendat Paulus, semel ad Timotheum scribens. dū Roma pulsi diuersarentur in Epheso, atq̄ iterū quum scribit ad Romanos, illis tum Romam ab exilio reuersis. Non potuit igitur ante nonum annum Claudiū Petrus venisse Romā, vnde Iudei simul & Christiani pellebantur, quum palam sit Priscillam & Aquilam & Iudeos, & Christianos fuisse.

### RESPONSIO.

**R**espondemus, q̄ hæc Calumnia nullius omnino modi menti est, atq̄ id quidem plerisque nominibus. Primum, quia fieri potuit, vt quanquam aduersus Iudeos atq̄ Christianos edictum eiusmodi fuisse promulgatum, vt Petrus, vel amicorum fauore, quemadmodum fere fit in eiusmodi negotijs, vel quia mortem nō metuisset, Romæ nihilominus contineretur. Deinde, nec Tranquilli verba videtur aliud quicquam efficere, quam q̄ im  
Hæc Calumnia  
quattuor rōni  
bus cōfutatur,  
Prima,  
Secunda,

Tertia,

Quarta,

Petrū anno clau-  
dij quarto Ro-  
mam venisse,

pulsore Christo, Iudæos assidue tumultuantes, e Roma  
Claudius expulisset. At Petrus nec ex illis erat, qui sic  
tumultuabantur, nec is, quem Christus ex urbe voluit eji-  
ci, imo contra potius Euangelij docendi gratia, voluit in  
urbe commorari. Tertio, si Priscilla & Aquila discessi-  
ssent ex urbe metu Claudi, non ideo protinus conficitur,  
quod ceteri quique parem habuissent metum, & quod nullus om-  
nino Iudæus remansisset in urbe. Quarto, ut donemus  
Petrum inde cum ceteris fuisse pulsum, nihil tamē hæc ar-  
gutia prohibet, quin Petrus ante potuit venisse Romam.  
Quamobrem & aduersarius ineptissime colligit, inqui-  
ens. Quid restat igitur dicere, quam Petrum ad nonum  
vix Claudi annum Romam non venisse. Nec enim  
oportet, ut si nono anno Petrus Romanam non venisset,  
neque proinde potuit ante nonum illuc accessisse. Nos em-  
ante nonum, ipso videlicet anno Claudi quarto, non du-  
bitamus illum aduenisse Romanam. Quam rem pluribus  
illustrium autorum testimonij, mox ostensuri sumus.  
Sed ista iam sufficiunt,

## PERSVASIO Q VARIA.

PERGAMVS iam eo ordine ostendere, ne ad vige-  
simum quidem annum post Christi passionem, vel in ce-  
lum ascensionem Petrum Romanam venire potuisse. Qd  
ex verbis discipuli, a suspicione apud Galatas sese purgā-  
tis clarissimum est. Dicit enim in ea quam ad Galatas de-  
derat epistola, non a quopiam hominum, sed solo Christi  
munere, euangelicum mysterium sibi contigisse. Et quod  
dixerat, ne cuíquam videretur falsum, probat inquit post  
miraculosam suam ad fidem Christi conuersionem, nō in  
Hierusalem ad Apostolos se declinasse, sed protinus Ara-  
biā abisse, tādem iterato Damascum repetiisse, & tum  
tertio loco primum tribus reuolutis annis Hierosolymam  
videndi Petri gratia transmigrasse. Denique post quindecim  
cū dies postquam Petrum & Iacobum fratrem domini